

Sanctis; ergo ille donatus fuit gratia maiore, quam omnes Dei Sancti; atqui per hanc gratiam debet intelligi gratia singulari; atqui haec gratia singularis alia non potest esse, quam conceptio sine macula; ergo revera donatus fuit gratia conceptionis sine macula.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Nondum erant abyssi peccati originalis.* Et ego Joseph jam conceptus essem in mente Altissimi. ¶ Per decretum electionis in Patrem Dei. Et....

—DIA 24 DE OCTUBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Ex dolore cum lacrymis a Christo Domino, B ejus Matre super Josephum morientem, et super ejusdem jam demortui corpus, colligemus moderatam tristitiam pro defunctorum morte non esse improbanda.—*Pet. M.*—Inter hos autem qui cum Christo Domino resurgentे surrexerunt, primum, precipuum et primarium locum obtinuisse Sanctissimum nostrum Josephum censui, credique, pie admodum debet.—*Pet. M.*—Christus filius Joseph putatus, magis vero eum diligens, quam si fuisset ejus naturalis filius, multa sanctorum corpora suscitans de pulvere, corpusculum Patris sui putativi, non est passus remanere in pulvere.—*Pet. M.*—Et forte Joseph fuit unus ex illis, qui apparuerunt multis, ac singulariter beatae Virgini.—*Pet. M.*—Pie quidem credendum est, quod piissimus filius Dei Jesus, pari privilegio decoravit suum putativum Patrem, sicut suam Sanctissimam Matrem; ut sicut illam assumpsit in

cœlum in corpore et animam gloriosam, sic etiam in die resurrectionis suae Sanctissimum Josephum in gloria resurrectionis secum.—*S. Bern.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Prædicans divinus Jesum Christum.* Tria præcipue ad debite, perfecte et fructuose. ¶ Ministerium hoc plane celeste exercendum, ab eo docemur in prædicatione servanda. Tria....

LECTIO II.

Noster divinus Joseph revera immaculatus est

Tum Theologi, tum Patres Ecclesiae admittere non recusant Josephum pluries fuisse martyrem; ergo maius fuit Josepho exercitium gratiae, quam coeteris viatoribus; ergo etiam loquendo de eis qui in utero fuerunt in gratia confirmati; ergo fuit Josepho sine culpa originali conceptus. Joseph martyr fuit, quum divinum sciens arcanum, voluit suam Sponsam per summam humilitatem occulte dimittere, quum neque in diversorio esset illi locus; in prophecia Simeonis; in edicto crudelis regis; in secessu in Ægyptum; in amissione Filii sui, et senties, centies; ergo pluries fuit martyr. Omnes Sancti etiam qui in utero fuerunt in gratia confirmati, semel tantum passi sunt martyrium; atqui noster Divinus Joseph centies millies martyrum passus fuit; ergo exercitium gratiae habuit præ coeteris Sanctis, etiam qui in utero fuerunt in gratia confirmati; ergo, revera noster Divinus Joseph fuite sine macula originali conceptus.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quando Deus præparabat coelos omnium sanc-

torum.* Joseph et Maria aderant in mente Altissimi.
Ut semper essent absque ullo peccato ut in gratia
uberius concepti, Joseph....

LECTIO III.

Noster divinus Joseph revera immaculatus est.

Quisquis praeter Beatam Virginem Mariam mor-
tales omnes praeminent sanctitate, honore, meritis,
atque privilegiis, gratia uberiori donatus debuit esse;
atqui Divinus Joseph praeminent sanctitate, honore,
meritis ac privilegiis omnes mortales; ergo debet ha-
bere uberiorum gratiam; atqui pene gratiam ubero-
rem intelligi debet gratia suae conceptionis imma-
culatae; ergo Divinus Joseph fuit revera donatus
gratia conceptionis immaculatae; ergo patet esse im-
maculatum, quia ut Pater Christi omnia superavit
ministeria sanctorum atque angelorum omnium; ide-
oque praeminent sanctitate, honore, meritis ac privi-
legiis omnes mortales; ergo Divinus Joseph fuit re-
vera sine labe conceptus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Quando apendebat Deus fundamenta terrae.*
Cum Joseph et Maria eram cuncta compонens et
delectabatur per singulos dies. ¶ Ut in gratia plena
ambo concepti essent absque macula originale ginis.
—Cum....

—DIA 25 DE OCTUBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Faciamus ei adjutorium simile sibi; non dixit se-
facere velle virum simile uxori, sed e contra, uxo-
rem similem viro: sane si ita res se haberet inter hos

sacros conjuges, ut Joseph esset norma confugis suae,
nihil excellentius de ipso dici posset.—Cart.—Si
conjux Mariae fuit norma viri sui Josephi, satis uti-
que eximiam Josephi sanctitatem commendat.—
Cart.—Ex istimaverim esse ardentesimum amorem
Deiparae Mariae erga Sponsum suum Josephum —
Cart.—Deipara Virgo adeo unum cum viro suo Jo-
seph se esse putabat, ut quamvis perfectissima esset,
imperfectam quodam modo se existimaret, si dimi-
dia ejus pars, nempe Joseph ejus conjux imperfec-
tus esset.—Cart.—Joseph fuit revera Sanctissimus
ex amicitia et familiaritate quam habuit cum Maria
Sponsa sua — Cart — Sanctitas Josephi fuit excel-
lentissima.—Cart.—Fuit in Josepho continua occa-
sio perfectissime exercendi activae et contemplati-
vae vitae munera.—Cart.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Sicut immaculatus Joseph ad Christum pree-
dicandum.* In corpore et anima semper deferebat. ¶
Sic nos Missionarii Josephini debemus imitatione
in nobis defferre. In....

LECTIO II.

Noster divinus Joseph revera immaculatus est.

Juxta proxim Ecclesiae et Jus novissimum Divus
Joseph colitur summae venerationis cultu; atqui hæc
adoratio implicat summum privilegium nemini con-
cessum; atqui hoc summum privilegium supponit
summam gratiam; atqui per hanc summam gratiam
intelligi debet gratia singularis, atqui gratia ista
singularis est gratia conceptionis immaculatae; ergo
minime negare licet Divo Josepho immunitatem ab
originali labe.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Doctores steterunt in sanctificatione Josephi in materno utero a Deo facta.* Existimantes non plus nec ultra esse procedendum. ¶ Vero in nostris temporibus ulterius processere husque ad Virginis Josephi præservationem in ipsa animatione. Existimantes non....

LECTIO III

Noster divinus Joseph revera immaculatus est.

Maria est revera Mater Jesu; ergo fuit sine labe originali concepta, quia ad maternitatem Dei vincta est puritas a primo instanti conceptionis; atqui noster Divinus Joseph est revera Pater Jesu legalis, matrimonialis, putativus atque virginalis; ergo etiam sine labe originali conceptus. Probatur minor per partes. (a) Pater legalis, quia juxta regulam Juris: "quod in agro meo nascitur, meum est;" atqui Jesus nascitur in agro Josephi, id est Maria; ergo fuit revera sui; ergo fuit Pater legalis Jesu. b.) Pater matrimonialis, Christus Jesus juxta Doctores fuit fructus conjugii Josephi et Mariae; atqui nascitur in conjugio utrique adscribendus est tamquam Patri et Matri, ergo si Maria est Mater Jesu, etiam Joseph est Pater Jesu. c) Pater virginalis. Juxta probata Joseph est Pater Jesu; atqui non est Pater per contactum mulieris; ergo est Pater virginalis Jesu; atqui esse Pater virginalis Jesu, est magis quam esse Pater carnalis, quia "maior puritas confirmat Maternitatem, ne ipsa Sancta Maria nos reprehendat;" juxta verba Augustini; ergo Divus Joseph fuit revera Pater virginalis Christi. d) Pater putativus, quia fuit sanctissimus inter omnes sanctos. Atqui Pater lega-

lis matrimonialis, putativi, et virginalis Christi, debuit esse sine labe originali conceptus; Probo minorem. Esse Pater legalis, matrimonialis, putativus et Christi, est esse gratia singulari donatus ad hoc officium perfectissimi obeundum; atqui per hanc gratiam singularem intelligi debet gratia conceptionis immaculatae; ergo de facto noster Divinus Joseph sine labe conceptus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Atqui dicunt almi parentes Christi non solum praeservati fuisse in ipso animatione.* Sed etiam fuisse sine Adami macula. ¶ Ita quod ante communi- ne peccatum fuerunt praeservati. Sed....

—DIA 26 DE OCTUBRE.—

LECTIO I.

EX DOCTORIBUS.

Jesus filius Dei incarnatur; Maria Deum incarnatum concipit; Joseph ejus Sponsus illum celat, et usque ad praefinitum tempus hoc arcarnum tegit.—*Cart.*—Hac Trinitas personarum nostram redemptionem operata est: Jesus ut auctor salutis, Maria ut mediatrix, Joseph ut coadjutor.—*Cart.*—Christus moriens in Calvario pro omnibus hominibus; Maria contulit Christo carnem et sanguinem, et Joseph ejus Sponsus suo modo partim debet dari.—*Cart.*—Josephum celando Christum Dominum, nutriendo et educando coadjutorem Dei extitisse in separatione generis humani per mysterium incarnationis.—*Cart.*—In terra immensa Dei bonitatis testes sunt omni exceptione majores Jesus Maria et Joseph qui vinculo charitatis unum etiam sunt,

unum cor et anima una.—*Cart.*—Evangelistae volentes miram Josephi sanctitatem nobis indicare, ac innumeras ejus laudes brevi sermonis eloquio comprehendere dixerant: Joseph autem vir ejus cum esset justus.—*Cart.*

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R In vanum laboravimus in missionibus et exercitiis.* Nisi affuerit nobis gratia divini Josephi. ¶ Et vere quidem vana est res, sine Christi imitatione prædicare. Nisi....

LECTIO II.

Noster divinus Joseph revera immaculatus est.

Joseph semper fuit justus; ergo fuit conceptus in gratia. "Antecedens" probatur. a) ex Sacra Scriptura. Joseph autem cum esset justus; atqui per hæc verba ad modum gerundii probata, juxta Sacrae Scripturae expositores intelligitur justitia manens in subjecto; id est ab initio subjecti; ergo semper justitia fuit in eo; ergo fuit conceptus in gratia, alioquin non semper fuisset justus. b) Probatur ex Patribus. Isidorus ait: "Peccati fomitis ardor, fuit in Josepho penitus extinctus." Sancta Birgitta: "Josephum nullum peccatum; nec quidem veniale umquam comisisse." Sanctus Augustinus: "In ambonum (Josephi et Mariæ) justitia requiescens; atqui esse absque peccato, atque esse cum justitia simillima Mariæ, est esse cum conceptione in gratia; ergo fuit in gratia conceptus.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Maneant Joseph et Maria ab omni peccato originali et actuali immunes.* Maneant ex huma ge-

neris generali captivitate erepti. ¶ Maneant tartarei serpentis flatu non infuti. Maneant....

LECTIO III.

I Noster divinus Joseph revera immaculatus est.

Sacra Scriptura nihil dicit circa conceptionem immaculatam Josephi; ergo illam affirmare non possumus. Nihil dicit explicite, "concedo;" implicite, "nego;" quia dicens Sacra Scriptura Josephum esse Justum, intelligi debet justum esse omni tempore, alioquin justus non esset; ergo fuit justus ab initio sui esse; ergo revera fuit sine labe conceptus. Dicens Sacra Scriptura Josephum esse Patrem Jesu, dixit Spiritum Sanctum in sui justitia requiescere; atqui si non fuisset conceptus in gratia, Spiritus Sanctus non semper requiesceret in illo quia peccator esset; ergo revera fuit in gratia conceptus. Ex Canticis Canticorum: "Ecce tu pulchra es, amica mea." Santa Romana Ecclesia infert Mariam esse sine labe conceptam; ergo ex Cantico Canticorum: "Ecce tu pulcher es, dilecte mi, et decorus," videtur revera inferri posse Divum Josephum esse pro certo in gratia conceptum. Ergo falsum est Sacram Scripturam nihil dixisse circa conceptionem immaculatam Divi Josephi.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Certum est V. Beatam Mariam fuisse ab Æterno electam in Dei Matrem.* Et B. virginem Josephum in Dei Patrem. ¶ Ut Joseph et Maria essent sine labe originali concepti. Et....

—DIA 27 DE OCTUBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Cum beatus Joseph electus fuerit a Deo ad insignem illam Sponsi Dei Genitricis et Christi Patris dignitatem illa munera ad exercenda necessaria divinitus ei fuisse collata.—*Cart.*—Sicut Deus optimam omnium foeminarum elegit in Matrem; ita optimum omnium virorum decebat eligere in ejus Sponsum.—*Cart.*—Dubium non est, quin Deus eam munditatem et sanctitatem quae ad purissimum vas Mariæ in quo manna divinitatis servandum erat, digne possidendum, opus esset Josepho ejus Sponso in iudisse.—*Cart.*—Cum B. Joseph electus fuerit, in consortem et Sponsum Deiparæ Mariæ atque ad paternum munus obeundum ergo Christi Domini personam; sicut cum beata Virgine in hoc paterno munere et officio communicabat ita et de spiritu et gratia et singulari illius sanctimonia præ omnibus sanctis participaret.—*Cart.*

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

¶ Mos fuit nostri Josephi etiam media nocte ora-
re cum sua Sponsa Maria.* Ideoque protector Joseph
est. ¶ Omnia nostiorum qui juxta suas regulas in
oratione vacant. Ideoque....

LECTIO II.

Noster divinus Joseph revera immaculatus est.

Sacra Scriptura ait: "Inter natos mulierum non surrexit maior Joanne Baptista præcursor Domini," ergo Divus Joseph minor est Joanne Baptista. Si agitur de sanctis ad ordinem gratiarum pertinentibus,

DIA 28 DE OCTUBRE

1011

frequentissime ei dicebat. ¶ Dormita in te, oh Jesu, assumpta humanitas, et cor tuæ humanitatis semper vivila. Et....

LECTIO II.

*Unde referimus magnum D. S. Josephi
—patrocinium —*

Et quomodo animat nos spem nostram apud eum deponere. Et certe navis Ecclesiæ, sub protectione et custodia D. S. Josephi non erit flagelata et oppressa ab iracundis fluctibus impietatis sed tranquila super mare, ambulabit, tempestucum hujus mundi et sæculi. Nihil dubitandum est. S. Joseph est sanctus immaculatus a Deo electus ut nos adjuvet ut pugnemus, et ad indicandum nobis viam meliorem et consequamur remedia omnium malorum, et præcipue æternam gloriæ felicitatem, mediante potentissima gratia suæ immaculatæ conceptionis, propter membra efformantia S. Institutum D. S. Josephi. Semper et ubicumque sit Deus benedictus, qui collocavit illum in Sacra Familia, Pater Christi, Maria Sponsus, et sanctior omnium existentium in Ecclesia, post Mariam.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Sanctus Joseph nos benedicat, et nobis det adiutorium suum.* Ut canentes sequamur glorias suas et Mariæ et Jesus exemplum semper imitemur. ¶ Ut canentes....

LECTIO III.

De certis rebus quæ agendæ sunt.

Ut nostro labori finem imponamus, haec sunt præmonenda lectoribus ne forte nos levitatis arguant. Primum scilicet, removenda, et quam longissime

possimus, arcenda ab scriptis ea omnia, quæ minus digna sint summi et dignissimi Sponsi Mariæ, et Patris Jesu; quibus attentis haec calamcurrente scripsimus. Secundo: nullomodo esse in animo aliquem damnare, nec praeiudicare, quoniam in dubiis libertas adest, donec ab Ecclesia, magistris fidei et morum sententia feratur. Tertio: verba omnia, et sententias et ideas legi et intelligi velle ad sensum et judicium Sedis Romanæ, quæ columna veritatis est.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Non est bonum Virginem Filii mei esse solam.
*Faciamus ei adjutorium simile sibi quod fuit Sanc-tissimus Joseph. ¶ Ideo ambo Facti sunt sine labe originali ab initio sui esse. Faciamus....

—DIA 29 DE OCTUBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Quibus erat subditus Dei filius? Utique Josepho et Mariae parentibus ejus; et principaliter ipsi Joseph, cui etiam Maria tanquam uxor humilis subde-batur.—Card. Cam.—Ad Josephum familiae gubernatio pertinebat.—S. Thom.—Quæ subjectio sicut inestimabilem notat humilitatem in Jesu, ita dignitatem incomparabilem signat in Joseph.—Ger.—Non enim habebat Jesus servientem. Intuere ergo eum bene humilia obsequia per domum facientem, et etiam aliquando suum nutritum adjubabat.—Buenav.—Saepe focum, crebroque cibum parat of-ficiosus, vasa lavat, bajulat undam de fonte propin-

transeo; si agatur de Sancto ad ordinem hypostati-cum pertinentे, nego. Ergo Divus Joseph minor est Joanne Baptista, nego consequentiam quia Divus Joseph pertinet ad ordinem unionis hypostaticæ, qui et suo genere perfectior est; atqui qui per im-mEDIATE ad ordinem Dei, atqui qui pertinet imme-diate ad ordinem Dei debet esse sine peccato; ergo fuit pro certo in gratia conceptus.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Sicut decuit ut Maria tanta puritate niteret qua sub Deo major nequit intelligi.*Ita decuit ut Joseph tanta prærogativa polleret. ¶ Ut esset etiam cum Maria et Jesu in gratia conceptus. Ita....

LECTIO III.

Noster divinus Joseph revera immaculatus est.

Probabilis et communis sententia est Divum Jo-sephum corpore et anima gloriose in cœlo regnare; atqui qui sunt regnantes in coelo corpore et anima, sunt in gratia concepti; ergo saltem probabilis et communis sententia est Divum Josephum esse in gratia conceptum. Propositio "maior" ab omnibus admittitur. Propositio "minor" est de fide dum lo-quatur de Christo, et de ejus Matre Maria; ergo sal-tem communiter et probabiliter admitti debet con-ceptio in gratia, Divi Josephi. Coeterum sicut post V saecula dubitationis de Immaculata Conceptione Beatæ Mariæ Virginis hodierna die est de fide; sic etiam quamvis nostris diebus ab aliquibus dubitetur de conceptioni in gratia divini Josephi, tamen spe-randum est suo tempore fore de fide; ergo in nostris diebus, per certo habere potest Divum Josephum

Jesu Christi Patrum speciali Dei privilegio sine macula originale fuisse conceptum.

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Quanta inter utroque Mariam et Josephum formitas excogitata.* Quanta ingenuitas librata examine. ¶ B. Joseph fuit purissimus inter omnes homines, quia fuit sine labe originali conceptus.— Quanta....

—DIA 28 DE OCTUBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Perfectissima omnium fuisse merita Josephi, qui bus in partem premii, optimam et perfectissimam omnium mulierum Mariam sibi in conjugem dari promeruit.—*Cart.*—Meritis beati Josephi, ipse met Deiparæ Mariæ excellentissimam Sponsi dignitatem obtinuit.—*Cart.*—Magnis operibus Mariæ similibus meruit Joseph Mariam Matrem Dei sibi in conjugem dari.—*Cart.*—Joseph et Maria ambo se dilexerunt, ut ad invicem ornamentum et corona alter alterius facti fuerunt.—*Cart.*—Miram hi sacri conjuges Maria et Josephh, cum debita proportione æqualitatem habuerint.—*Cart.*—Ex dignitate Sanctissimi Josephi probatur suam excellentiam super reliquos sanctos.—*Cart.*—Tanto Josephum aliis sanctiorem, quanto differentius præ aliis nomen ac honorificentissimum Sponsi Dei genitricis et Patris Christi.—*Cart.*

Nos haec sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R. Contemplabatur Joseph in infantia *Jest.** Et

nem ab originali ut esset ejus digna Mater.* Ita voluit praeservare Virginem Joseph ut esset dignus ejus Pater. ¶ Ideoque ambo essent ab initio sine labe concepti. Ita....

—DIA 30 DE OCTUBRE.—

LECTIO I.

—EX DOCTORIBUS.—

Justus Joseph unus ex illis putandus est, qui Mariae apparuerit charissimae Sponsae, qui eam consolatus sit, qui tandem Christo in coelum ascende, simul et ascendit glorificatus, non dubium in anima, sed an in corpore, nescio, Deus scit, et collocatus est ad destris ipsius Jesu, hoc est, in donis suis.—*Barrad.*—Sic etiam licet inter corpora sanctorum, quae resurgentे Christo surrexerunt, nulla peculiaris de Sanctissimi Josephi corpore mensio fiat, pie tamen et secundum rectam rationem credendum est, primum inter omnes sanctos illos surrexisse, ut talis Pater a tali filio, tali afficeretur honore.—*Suar.*—Christus Dominus animas sanctorum in sinu Abrahae existentes liberavit quoque Sanctissimi Josephi animam.—*Pet. M.*—Annulus qui nostro Josepho datur Christus Dominus est.—*Osor.*—Hunc annulum, Christum Dominum dat Pater Æternus in manus Josephi.—*Osor.*—Profecto magnum est quod Christus dicat Joanni: ecce Mater tua; sed maximum est quod Pater Æternus dicat Josepho: Eu filium meum sit filius tuus.—*Osor.*—Glorificandus est, oh Joseph! quia fidelis custos fuisti Domini tui.—*Pet. M.*

Nos hæc sublimia, &c.

R. Deo gratias.

R^e Joseph non solum est hominum spiritualium in vita contemplativa.* Et mixta in proximorum utilitate. ¶ Sed etiam nostrorum coadjutorum qui sorte Marthae consecrati sunt Deo. Et....

LECTIO II.

*De litteris circa quæstiones de conceptione
immaculata divini Josephi*

Quapropter, votis tuis a me diligenter citoque explotis, circa censuram meis sodalibus meisque magistris comitinandam, de quorumque mente te certiorem facere eo citius quo valeam tibi hodie promitto; nunc et mihi liceat obsecro quaedam pauca proferre, circa fidem attamen piam quae jam diu credidisse fertur Divum Josephum confirmatum in gratia sanctificante antequam mundum nasceretur. Unde mihi tantum erit adducere auctoritates quasdam et optimo quidem origine, quas in tuo præcitatō opusculo omissas ibi reperio. Et si aliquis subtilior censor conatum hunc accessorium vel temerarium esse maluerit, illud propter quod "non una speciem veris dedit birundo," hoc etiam in meum educam, scilicet: "singulaquæ non probant plurima juvant." Vel si exiguum hoc revera laborem, quem erga sanctissimum ex hominibus natum, intenderim proposuerim, aliquis pro frusta habere voluerit propter illud Popertii: "scilicet in sano nemo in amore vidi;" illud tamen pro magno mihi semper habeam, dum castissimo Patriarchæ hoc quamvis leve mei erga eum amoris tradere valeam in argumentum. "Et magnus amor."

Nos hæc sublimia, &c.

R^e Deo gratias.

quo, numque a domo se secedit.—*Ger.*—Qui discipulus obsequia Patri et Matri præstare potuit?—*Ant. Gaud.*—Voluit Deus ipsum Josephum mori ante dominicam passionis, ne in morte Christi immenso dolore cruciaretur.—*S. Bernard*—Credo quod dulcis Jesus et piissima Virgo infirmo Joseph sollicite serviebant, et ei fercula propinabant, atque propriis manibus, quando opus erat comportabant.—*B. de Bust.*

Nos hæc sublimia &c.

R^e Deo gratias.

R^e Fructus corporis Mariæ Virginis, revera ad Josephum partinuerit ut Pater ejus.* Tum quia Maria concepta est de Spiritu Sancto post concensum Josephi. ¶ Tum quia mulier corporis sui potestatem non habet, sed vir. Tum....

LECTIO II.

*De litteris circa quæstiones de conceptione
immaculata divini Josephi*

Reverendo Patri in Domino, Josepho a Maria Vilaseca.—Mexici.—Mihi admodum Reverende Pater, ac Domini Josephi gloriae amantissime propagator, tibi dico salutem in Domino. Læto gratuque animo jam nuper a te recepi, uti mihi munuscum, pulcherrimum hoc opusculum de Divi Josephi in gratia "Conceptione," ejusve in utero "Sanctificatione," aptissime devotissimeque agens, juxta tuam ut dicis, mentem, salvo semper judicio Dei Ecclesiæ quodque quidem opusculum, frustra sit dicere, iterum atque, iterum ita perlegi eo majore gaudio, quo Patriarchæ Joseph a Nazareth merita, gratias et praerogativas sublimiori suo debitoque loco evehere tuo tanto animo conaris.

Nos hæc sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Noster divinus Joseph non solum fuit sanctificatus in utero materno.* Sed etiam praeservatus antequam caderet. ¶ Ita ut almi Parentes Christi essent animo immaculati. Sed....

LECTIO III.

*De litteris circa quæstiones de conceptione
immaculata divini Josephi.*

Cujus etiam et censuram quam per me, academicis hujusce pro Universitatis DD. ita efficaciter commendaris, ut non nisi et pro tuo effectu erga ipsum Deiparæ Virginis castissimum conjugem provenire potuerit, quo nendum de tua christiana fide adhesionesque ad S. D. Ecclesiae decreta, eique debita submissione procedere prudenter te ostendis verum etiam et tibi meus esse, ut mihi videtur, tribuendi Divo Josepho et Jesu Christi parenti, debitam, laudem, gloriam et honorem, quae revera emerentur prout me ipsum ita censere omnino facio. Mihi, qui conscient fuerim de tuo vero devotoque amore erga Sanctæ a Jesu Teresiae Patriarcham Praedilectum, et attenta tua prudentia, minime mirandum est si tanta sollicitudine alienam captaris sententiam, aliena atque suffragia, eo fine ut clariore actioreve luce vindicare valeas doctrinam erga Dominum Patriarcham Josephum ac in re tanti momenti, in qua tu nonvis proferre sententiam, in mente forte ferens illud Ovidii: „Quid deceat non videt ullus amans?..

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Sicut Deus voluit praeservare Mariam Virgi-

lignarii. ¶ Hac de causa diligit non pauci nostros coadjutores cum suo labore. Laborans....

LECTIO II.

Jesus Mariae et Josephi nobiscum gratia sit jugiter.

Domine mi, omnis dignissime aestimationis, magnopere suam per sapientiam ecclesiasticam et veram devotionem erga Dominum S. Josephum, et ut sensum meum, videam dispositum, ut agatur circa eum commendatam quæstionem, quæ examinanda est et quam referam sed habere, statim, vestras observationes ad accipiendum gaudium desidero, maxime, quum ad gloriam et honorem Sacrae Familiae quæstio referatur. Agitur de opera nuncupata „Domini S. Josephi gloriae, aut Sanctissimi Patriarchæ vita,“ quæ dicit in uno suis ex capitib: Sacra Familia ait magna et multa de Sancto Josepho, quamvis maxime quæ subscripti grata sunt et immediate, si ei datum fuerit, ipse probarat eam; tamen ut loqui debet de Sanctissimo Patriarcha non secundum uniuscujusque devotionem; sed juxta Sacram Scripturam traditionemque; hinc, quod timores habeo non congrue attingendi scopum in suis judiciis.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R De supra dignitate et superioritate Josephi.
*Ut Pater virginalis Christi et verus Mariae Sponsor. ¶ Multum revera dicere possimus. Ut....

LECTIO III.

¶ Noster divinus Joseph est revera immaculatus.

In omnibus ætatibus et temporibus mundi, Jesu Christi Ecclesia gubernata a Spiritu Sancto, indi-

cat fidelibus directionem et praxim quam sequuntur sunt opera quae debent gerere, et tamquam Mater dulcissima praebet remedium efficaciorum et oportunum ad providendas necessitates praesentes et nos affligentes. In ultimis temporibus ut a catenis soluti viduntur spiritus malis qui fortiter nos facit bella: et haec est ratio qua Summi Pantifices, videntes afflictivas circumstantias in quibus invenimus ponunt praeculis et recordant nos habere Protectorem magni momenti et potentiae, et ut cum sua apud Deum, intercessione Dominus Noster absque dubio poterit salvos nos facere. Hic Protector est D. S. Joseph dictus et declaratus Universalis Patronus et Protector Ecclesiae. Manifestus omnibus gratiis quas habiturus erat et per consequens, cum illa cariora, id est, essendi conceptus in gratia et hoc modo esse semper Dei amicus posse ut excellens et semper immaculatus.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Ab originali peccato praesevatio Josephi nec pugnat cum divina potentia.* Neque cum Scriptura aut determinatione Ecclesiae. ¶ Ergo de facto fuit praeservatus ab originali peccato. Neque....

R Purissima Virgo ita fuit praeservata ut nullam infectionem corporis et animae haberet.* Purissimus Joseph ita praeservatus fuit ut nullam infectionem animae et corporis haberet. ¶ Sed Maria excellenter fuit praeservata per plenitudinem majoris gratiae. Purissimus....

LECTIO III.

Propugnando ergo sanctificationem Divi Josephi in utero matris ejus, mihi in exemplum habeam normam Doctoris Angelici, in is quae ipse scripsit de Beatae Virginis Matris Jesu conceptione; de illa nihil negando nec asserendo; et ejusdem Doctoris semper in mentem revocans verba nempe: "per faciliera ad difficiliora devenire oportet." Praeterea: si conceptio Divi Josephi immaculata revera sit veritas mysterii, Optimus Deus tempore revelabit suo, uti revelare dignatus est Conceptionem Beatae Mariae, postquam illam impugnare frustra conati sunt tam plurimi ac celeberrimi Ecclesiae Dei Doctores et Sancti Patres. Veritas enim Dei ejusque Sponsa nostraque Mater Ecclesia impugnari poterunt, exognari vero numquam. In sensu ergo Ecclesiae Scripturas scrutari nobis oportet, veritatem in Dei gloriam semper sectare et tandem veritas ipsa in viam nobis occurret.

Nos haec sublimia, &c.

R Deo gratias.

R Tum Joseph tum Maria ut almi parentes Christi.* Utpote fuerint praeservati per decimationem in lumbis Adae. ¶ Tametsi Maria majorem gratiae habuit plenitudinem. Utpote....